

D. T. O. M.
MANUDUCTIONIS APHO-
RISTICÆ
AD DISCURSUM ARTIUM
ET DISCIPLINARUM
METHODICUM
SECTIO PRIMA

in qua continentur

PRÆCOGNITA

ad disputandum
proposita

In Academia Viadrina

PRÆSIDE

M. THEODORO EBERTO

S. S. HEBREÆ LINGVÆ PROFESS.

& p. t. Ordinis Philosoph.

Decano

Respondente

Sebastiano Schnellero

Freiburgio-Silesio.

ANNO

Æræ Christianæ

M. DC. XIX.

Literis Viduæ Voltzianæ a. XXVIII. 27.
exscripta.

Coll. diss. A
28, 27





PROOEMIUM

ΠΡΟΣΘΕΤΟΝ.

יְהוָה יְהוָה הַצְלִיחָה נָא

Psalm. 118.
v. 25.

Eja Domine Prosperare.



*I*ceat mihi presentis instituti telam iisdem exordiri verbis, quibus vates ille Regius, pias Eruditorum mentes crexit, & acclamationis bujas formulâ à DEO successus felicitatem impetravit. Mos quidem olim fuit, cum aliis Italis, tum Romanis, ut res

magnas inchoaturi, aut ubi res suas in periculo versari cernerent, voverent, quacumq; proximo vere nata essent apud se animalia, Diis se immolaturos, unde id, t. Livio ver sacrum nuncupatum est. Nobis verò, qui in amplissimum disciplinarum campum hiberno tempore nostrarum cogitationum seminâ devotere constituimus, liceat sationis fructum uberrimum petere ab DOMINO DOMINORUM, qui nostra devotionis plantator bonarum mentium terram ita fecundabit, ut amota morborum asperitate, & remota bellorum severitate, non quidem pecora, sed operarum nostrarum vitulos, non sine corporis sanitate, atque animorum tranquillitate possimus immolare. Cum enim DEUS manuum nostrarum opera promoveat, rerumq; bonarum & utilium sit δημιουργός, ut loquitur Clemens Alexandrinus; à quo πᾶσι δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ab hoc solo exordiri omnia, & successus tum querere, tum expectare licet. Initium sapientiæ timor Domini, inquit ite-

Livius lib. 4. dec. 4.

Clemens Alex. lib. 5. πρῶτον. p. 255. in exempl. græc.

David Psal. rium Hieropsaltes, & cum ipso Filius Salomon, vera sa-
111. 6. 10. pientia indagator studiosissimus. His συμφωνεί Macarius:
Salomon. ἐκασός. Ἰσὺ ποιῆ εἰς δόξαν τῆ θεῶ ποιείτω. Et Ambros. Pro-
Proverb. 9. sperè potest cadere quicquid simpliciter sub DEI devotione
9. 10. fit. Hic etiam IPSE nostræ sapientie initiator, cognitionis
Macar. ho- amorem, qui secundum vocem Ciceronis, omnibus in-
mil. 3. natus, promovebit; nostrosq; animos, qui juxta Aristote-
Ambros. ad lem τὰ εἰδέναι φύσιν ὁρέγονται, scire per naturam desiderant,
Gal. c. 4. à methodo artium & disciplinarum compositissima, ad di-
Cic. 5. de fin. scursus ingeniorum deducet jucundissimos.
Arist. in
primis Me-
saph. verbis.

Esto hoc vestibulum: ὡς εἰς ὑλὴα divini Numinis adjutu,
Epichar. ap: efficient studiorum nostrorum labores & vigilia. Dii enim,
Stobæum. ex sententia Epicharmi, omnia nobis vendunt laboribus:
Horat. lib. quam sapientissime expressit Horatius:
1. sermon.
Sat. 9.

Nil sine magno
 Vita labore dedit mortalibus.

Mantuanus Nec ab eo dissentit Baptista Mantuanus:
in carm.

Gaudent sudoribus Artes
 Et sua difficilem reddunt ad limina cursum.

Ἔστι γὰρ τῶ ὄντι Φιλοσοφία μέγιστον κτῆμα καὶ τι-
 μιώτατον θεῶ, ὥτε παραγάγει καὶ συνίστησι ἡμᾶς μόνη.
 καὶ ὅσοι ὡς ἀληθῶς ἔχει εἰσὶν οἱ Φιλοσοφία τὸν νῦν
 παρασεχνηότες: Est revera Philosophia maxi-
 mum bonum & possessio, & apud DEUM vene-
 rabilis: quæ ducit nos ad Eum & sistit sola: &
 sancti beatiq; illi, qui mentem ei donant.

Justin. ad Triphon.

APHORI-

APHORISMI.

I.

Moses ille Atticus effato suo plusquam Philosopho- Cap. 1. de
principiis
disciplina-
rum.
phico aphorismos nostros incipiat: Τὸ δὲ κινδύ-
νεται τῶ ὄντι ὁ θεὸς σοφὸς εἶναι, καὶ ἀνθρώπινη σοφία ὀ-
λίγη τινὸς ἀξία, καὶ ἕθενός: *Solus DEUS revera*
sapiens habendus: Ἔ. Humana omnis sapientia in parvo
aut nullo est. Plato in Apolog. quem ita reddidit J. Li-
psius lib. 1. Physiol. dissert. 3.

2. Ita est: *Solus DEUS revera sapiens habendus:*
unde alibi; ὢν αὐτῶν καὶ αὐτοαεὶ: Et alibi: αὐτὸ τὸ καλὸν ἅ
Platone nuncupatur in Timæo Ἔ. in Phædone.

3. Hominis sapientia in parvo est: & ut loquitur
Franc. Vallesius, ad contemplandam DEI veritatem
exiguam confert suppellectilem. *in Philosop. sacr. cap. 1.*
p. mibi 10.

4. Imò in nullo est: si miserum, in quo post la-
psum collocata est, statum intueamur, qui vocatur
corruptionis. *In Scholis Theologor.*

5. Sapientia enim, & ut loquitur Athanasius, ὁ λο-
γικὸς καὶ κατ' εἰκόνα γενόμενος ἀνθρώπος ἠφανίζετο: ἢ τὸ ὑπὸ
τῆ θεῶ γενόμενον ἔργον τῆ σαπῶντος: *rationalis ille Ἔ. ad ima-*
ginem creatus homo obliterabatur Ἔ. opus illud à DEO fa-
ctum simul interibat: quæ verba ita reddidit Petrus
Nannius Alcmarianus tom. 1. oper. Athanas. l. de incar.
verb. DEI pag. mibi 41.

6. Inde in tenebris ambulare incepimus, non se-
cus ac ii, qui per Tænarum ad inferos descendere, aut
Trophonii antrum subire perhibentur. *t. Gregora lib.*
8. histor. Roman. fol. 214. quo referri potest fabula de
Glauco apud Platon. lib. 10 de Repub.

A 3

7. Oculi i

7. Oculi nostri sunt τὰ τῶν κρηίδων ὄμματα, ve-
spertilionum oculi, in sapientiæ lumine penitus ob-
cæcati. *Ex Aristotele 2. Metaph. 1. & Scaligero ex 1. sect. 1.*
131. f. 1. 307. f. 12.

8. Nec hoc satis. Immaniores belluis facti homi-
nes, qui hominibus lupi, nobis ipsis cruenti ac lanienæ
sumus. *Testibus Seneca lib. 2. de ira c. 8. epist. 103. Plinio*
in princ. lib. 7. histor. natur. Horat. epod. 7.

9. Hinc meruere homines χείριστε πάντων ζώων dici,
à Platone lib. 6. de LL. seu ut loquitur Scaliger, effera-
tissima omnium animalium lib. 1. de plant. pag. mibi 211.

10. Nec ad aliquam redire potuissent perfectio-
nem homines, nisi antiquarum tenebrarum caligi-
nem lux cœlestis obfuscasset & sapientiæ radios no-
bis concessisset. ex Joanne Evangelista *Joan. 1, 9.* Apo-
stolo 1. *Joan. 1, 5.*

11. Ideò ducit ille nos ad sui splendorem & simi-
litudinem luce principiorum: unde omnis sapientia
scaturit. *Ex mente Aristotelis 4. Phys. §. 133. 8 Phys. § 76*
& 10. Metaph. §. 7. Thomæ 1. part. q. 2. art. 3.

12. Mentem nobis dedit, quæ quasi lux est, infini-
ta concipiens & faciens: quæ ubicunq; vis adest, quo-
cunq; jusseris, fertur nec movetur *ut nerposè loquitur*
nobilissimus Plessæus cap. 2. de ver. rel. Christ.

13. Huic IPSE ad gloriam suam amplificandam gra-
ta radiorum bonitatis nobis immissorum reflexione
destinat omnia: ut in se fiat divina & de se virtute inte-
rim sua singulari radios artium & scientiarum spar-
gat. *Iterùm Mornæus subtiliter disserit in l. jam cit.*

14. Mens igitur nostra post lapsum in suo genere
nihil possidet aliud, quàm *ignorationem* causarum &
admiratjonem effectorum: quæ dissertandi & discur-
rendi

rendi curam primitus videntur impulisse. *Ex Aristot.*
1. Metaph. 2.

15. Etenim *Ἀπὸ τὸ φέυγειν τὴν ἀγνοίαν*, propter fugam ignorantia homines primò Philosophati sunt, & ex eo amorem sapientiæ deduxerunt. *Colleg. Conimb. 2. phys. c. 7. quæst. 1. arg. 1.*

16. Et paulò antè Aristoteles: *Ἀπὸ τὸ θαυμάζειν*, ob admirationem, nunc & olim Philosophati sunt, & dulcissimum Philosophiæ fructum obtinuerunt, qui Pythagoræ fuit, *NIL ADMIRARI*. De quo curatè Lipsius *lib. 1. Physiol. Stoicor. dissert. 2.*

17. Verus enim aphorismus *Alberti Magni*: *Admiratio est motus ignorantis, procedentis ad inquirendum, ut sciat causam ejus, de quo miratur* *1. Metaphys. tr. 2. c. 6.*

18. Ex loco *Platonis* memorabili desumptus, cum ait: Tum demum Philosophia perfecta est, cum omni admiratione deposita, perfectam causarum notitiam complectitur. *in Theateto p. 408.*

19. De hoc nervosè *Horatius lib. 1. epist. 6.*

NIL ADMIRARI propè res est una Numici

Sola est, quæ possit facere, & servare beatum.

20. Hunc demum fructum scientiarum pulcherrimum ignorantia & admiratione seposita adsecuti sumus: nacti postea naturæ munere ἀφορμαὶ τῆς εὐεσθῆς ἀληθείας: *adjumenta & illicita ad veritatem banc acquirendam & reperiendam*; juxta phrasin *Ariani lib. 3. dissert. cap. 21. & Senecæ epist. 108.*

Cap. 2. de
adjumentis
disciplinæ
rnm.

21. Ista verò ἀφορμαὶ sunt inventio & disciplina, quæ viam quasi duplicem constituunt, ad scientiam quamlibet perveniendi, ut loquitur doctissime *Petrus Bertius in princ. de Philos. ejusq. partibus.*

22. Igno-

22. Ignoratio enim generavit *inventionem* ex loco Clementis Alexandrini, ἀγνοήσας ἴσας, ἐζητήσεν, καὶ ζήτησας, εὕρισκει τὸν διδάσκαλον: quem ita interpretatus est Gentianus Hervetus; *Cum ignorasset quispiam, quaesivit: Et cum quaesivisset invenit Magistrum.* Clem. Alex. lib. 5. σρωμα]. p. 236. in *Exempl. Græco.*

23. Sic admiratio effecit *disciplinam*, quemadmodum enim admiratio omnis confurgit, ex eo quod scitur: ita disciplina est istius, quod scitur, receptio. *Consule Alexand. ab Ales. in prin. Metaph. & ante ipsum Simplicium in 5. phys. §. 31.*

24. Ex his inventio est difficilior & non nisi tribus mediis acquiritur, quæ ad mentis habitus refert Aristoteles *ap. Laërt. in vita ejus.*

25. Sunt autem ista media: NATURA, DOCTRINA & USUS: de quibus Veteres dixerunt; Naturam incipere, artem dirigere, exercitationem deinceps perficere. *Ex Plutarch. in libello de Educatione pueror.*

26. NATURAM Aristoteles 8. *Topicor. 1.* vocat εὐφροσύνην felicioris *nativitatis temperamentum*, cujus duas virtutes refert Ludov. Vives *faciem ad intueendum & 2^a capaciratem ad comprehendendum.* *Lud. Vives de trad. disciplin. p. 272.*

27. ILLA oportet animum quàm maximè ab affectibus sejungere: & apta esse ad disciplinas celeriter apprehendendas. *Ex Platon. in Phædone lib. 5. & 6. de ll.*

28. HÆC istius sit *judicii*, ut veras opiniones à falsis internoscat, *seu ut loquitur Scaliger*, ut fugere possit mendacium: & non solum amicorum opiniones, sed etiam proprias sententias deleat ad veritatis præsidium & conservationem. *Scal. exerc. 6. sect. 4.*

29. DOCTRINÆ lucem adferunt præcepta eorumq; decreta;

decreta ; sine quibus omnia in animis natant & flexibile iudicium est. *Ex sententia Senecæ epist. 45.*

30. In iis magnificienda est *Concinnitas*, in definitionibus, divisionibus & canonibus consistens: de qua Scaliger: *Perfecta*, inquit, *scientia non ex sola habetur definitione aut divisione, sed omnes quoq; res affectas cognoscere oportet.* Scaliger de LL. c. 3.

31. Concinnitatem illustrat *Perspicuitas*, quæ est quasi anima præceptorum: non aliter ac obscuritas eorū quasi cadaver, animā carens. *Ex Arist. 3. Rhet. 2.*

32. His accedit *Utilitas*, quæ præcepta refert ad ejus finem, rectè & commodè acquirendum: atq; sic mentem exuit inscitix ærugine, acuitq; ad alia, & vegetis ingeniis summam cognoscendi adfert voluptatē. *quod in specie de Metaphysica pronunciat Scalig. exerc. 307. sect. 3.*

33. *Uusus* deinceps & exercitatio præcepta rectè & plenè cognita ad disciplinarum scopos & fines applicat; atq; ab universalibus ad singularia deducit, ut gravissimè monuit Philosophus *1. Metaph. 1.*

34. Sicut enim præcepta ferè ostendūt τὸ διόλου, nosq; in cognitionem rerum à priori deducunt: ita vicissim in usu, propter exempla monstratur τὸ ὅλον: adeoque res à priori declarantur, ut latè differit Sturmius *in præfat. partit. dial.*

35. Atq; sic *Uusus* præsupponit methodi claritatem & ingenii bonitatem: adeoq; inventionem reddit difficiliorem **DISCIPLINA**, quæ compendiosior, ut quæ multorum annorum atq; ingeniorum observationes, paucis horis cum aliis communicet, dictione vel ejus vicaria scriptione. *Consule Albert. Magn. lib. 21. de anima cap. 3.*

36. Neq; enim æstimandum est, disciplinas omnes,
B prout

prout digestæ nunc atq; constitutæ sunt, ita semper distinctas fuisse, sed successu temporis insignes sumfisse accessiones & incrementa: *Cum nihil simul sit inventum & perfectum.* ut loquitur Cicero *de clar. orator.*

37. Hinc Plato *lib. 3. de ll. ὅσα ἐξ ἀφύτης ὡς εἰκὸς, καὶ ἰὰ μικρὸν δὲ, ἐκ παμπόλλων ἐνὶ χρόνῳ εἰς πάντα τὰ νῦν καθισθηκότα περιελύθηθεν ἅπαντα.* *omnes res non continuo, ut verisimile est, sed paulatim longo quodam tempore, ad eum statum, in quo nunc sunt, pervenerunt.* ut Platonem interpretatus est Joan Serranus *tom. 2. oper. p. mibi 678.*

38. Tempus igitur fuit cum nondum essent disciplinæ: postea distinctæ & collectæ non aliter atq; ingentia flumina, quæ multis hinc atq; illinc confluentibus rivulis excrescunt, ignotos habent fontes, ut loquitur Gemma Frisius *cap. 1. de astrol. cathol.*

Cap. 3. De nomine. natura & partitione disciplinarum.

39. Cæterum disciplinæ nomen amplissimū est, & suo ambitu id omne, quod discēdi actione percipitur, comprehendit. *Ex mente Isidor. Hispallensis pass. in lib. org.*

40. Quo nomine tam liberalibus, quam illiberalibus attributū legimus inter Theologos *ap. August. lib. 2. de doctrina Christiana c. 29. & 30.* inter I C T O S *apud Ulpian. lib. 1. in princ. & §. sed cætera 7. ff. de extraord. cogn.* Inter Medicos *ap. Galenum referente Lud. Vive lib. 1. de caus. corruptarum artium.* Inter Philosophos *ap. Aristotelem 8. polit. 2.* Inter Oratores, *ap. Ciceron. lib. 1. offic.*

41. Nos propriè vocem sumemus pro comprehensione disciplinarum liberalium, aut ingenuarum, quarum compagem veteres nominarunt *μαθήματα.* ut est *ap. Philon. de mundo & Plutarch. de virtutibus moralibus.*

42. Hoc nomine disciplinæ constitui possunt, vel organicæ vel inorganicæ: quarum illas directivas, has objectivas vocat Keckerm. *lib. 1. præcognit. Logic.*

43. Disci-

43. Disciplinæ organicae sunt, quæ non tractant res ipsas cognoscendas, sed tantum tradunt instrumenta, quibus homo juvatur, quibusq; utitur in rerum & verborum cognitione.

44. Hæ sunt vel orationis, vel rationis, vel utriusq;.

45. Si orationis, sunt vel cõgruæ, vel ornatae: Ex cõgrua oritur *Grammatica*: Ex ornata, eaq; soluta, *Rhetorica*; ligata, *Poëtica*.

46. Si rationis, oritur *Logica*.

47. Si deniq; tam orationis, quàm rationis, oritur *Historica*.

48. Porrò disciplinæ inorganicae sunt, quæ res ipsas in natura positas tanquam objecta intellectiōnis nostræ tractant.

49. Sub his continentur majores & principaliores facultates & pertinent ad professiones, vel entium cognoscendorum, undè *Philosophia*: vel curandæ sanitatis, undè *Medicina*: vel defendendi Juris, undè *Jurisprudentia*: vel divinæ gratiæ, undè *S. Theologia* Adhibe Franc. Junium c. 3. libri cui titulus *Academia*.

50. Ut verò trium superiorum latifundia Doctoribus relinquemus: ita *Philosophiæ* partes vigilantius distinguemus.

51. Ex partitione autem Entium, duos habemus in *Philosophia* rivos disciplinarum, Theoreticarum scilicet, & practicarum. approbante Aristotele, 1. *metaph.* 1. §. 3. 6. *Eth. Nicom.* 3. 3. *de anima* c. 9. §. 40. & *cap. 10.* §. 49. Ejusq; interpretibus, Simplicio *in prolegom. phys.* Ammonio *in Isagog. porphyr.* Philopono *in prior. analyt.* Them. stio *lib. 1. de princ. rerū natur.* Damasceno *l. de dial. c. 3.*

52. Contemplativæ consistunt in solâ theoria: quæ pro entium gradibus diversis triplex est, ut differit Sa-

vanorola lib. 2. epit. phys. concl. 3. & post ipsum cursus
Francofur. in 6. metaph. q. 1. conclus. 4. & Colleg. co-
nimbr. in quest. prooem. phys.

53. Ens enim potest considerari vel simpliciter,
quatenus Ens: unde *Metaphysica*: vel quatenus mate-
ria constat & forma, habetq; in se motus principium,
unde *Physica*: vel quatenus habet nudam formam acci-
dentalem à materia abstractam, unde *Mathematica*. Cō-
fer *Authores jam allegatos*.

54. Sic practicæ non consistunt in solâ cognitione,
sed præter eam requirunt actionem: & duarum sunt
partiū. Ex Averroë in *paraphrasi lib. de reg. Platon. Tim-
pler. in technol. cap. 3. theor. 9.*

55. Altera est generalis totius civilis Philosophiæ
fundamenta tradens, unde *Ethica*: altera specialis, quæ
Præcepta in genere tradita societatibus accommodat,
aut privatis, unde *Oeconomia*: aut publicis, unde *Politica*.
quæ collectio est ipsius Piccolominei in *introduc. ad 10.
grad. Civil. cap. 8. Simonii lib. 1. c. 1. p. 8. Giphanii in prole-
gom. Eth.*

56. Quibus ita præsuppositis, ut ad sequentia ju-
cundior pateat aditus: cujuslibet disciplinæ definitio-
nem, tanquam principium scientiæ amplissimum, ve-
lut in antecessum dabimus, suasu Piccolominei *lib. de
mundo c. 2.*

Cap. 4. de de-
finitionibus
disciplinarū
in specie.

57. GRAMMATICA igitur erit disciplina circa
orationem congruam: de quâ Aristoteles. ἡ γερμανα-
λὴν ἐστὶ ἐπιστήμη τῆς γερμανικῆς καὶ ἀναγνώσεως. *Grammatica est
scientia scribendi & loquendi. Aristoteles lib. 6. top. & ex
ipso Chrysoloras in Erotemat Gram.*

58. RHETORICA erit disciplina circa orationem
ornatam solutam: de quâ iterum Aristoteles; ἡ
ἐπιπένη

ἐπιπένη

επιτή ἐστὶ δυνάμις περὶ ἕκαστον τῶ θεωρεῖσθαι τὸ ἐνδεχόμενον
πρὸς τὸν. *Rhetorica est facultas in qua quod re videndi quod con-*
tingit esse idoneum ad faciendam fidem. Aristoteles lib. 1.
rhet. c. 2.

59. **P O E T I C A** erit disciplina circa orationem or-
natam ligatam: de quâ Pontanus. *Est ars hominum acti-*
ones effingens, easq; ad vitam instituendam carminibus ex-
plicans. Pontanus lib. 1. poet. instit. c. 3.

60. **L O G I C A** erit disciplina circa rationem: de
quâ Zabarella. *Est habitus intellectus instrumentalis, men-*
tis nostræ discursum informans, ut ipse verum à falso discer-
nere possit. Zabarella hinc inde in lib. de nat. Logices.

61. **H I S T O R I C A** erit disciplina circa rationem
& orationem: de qua Antonius Riccobonus. *Est nar-*
ratio vel expositio, vel demonstratio rerum gestarum. Ric-
cobonus In princip. comment. de histor.

62. **M E T A P H I S I C A** erit disciplina circa Ens
quatenus Ens: de qua Aristoteles. *μεταφυσική ἐστὶ ἐπι-*
τήμη ἢ θεωρεῖ τὸ ὄν ἢ ὄν. 4. metaph. 1. Cumq; eo Suarez
disput. 4. de invent. metaph. c. 2.

63. **P H I S I C A** erit disciplina circa Ens quatenus
naturale: de quâ iterum Philosophus. *Φυσική ἐστὶ ἐπι-*
τήμη περὶ τοῦτο γένος τῶ ὄντος ἐν ᾧ ἢ ἀρχῆς τῆς κινήσεως
καὶ αἰσθῆσεως ἐν αὐτῷ 2. metaph. 1. §. 1.

64. **M A T H E M A T I C A** erit disciplina circa ens
quatenus quantum: de qua politiores. *Mathematica*
est scientia quæ ex primis principijs evidentissima ratione nu-
merorum & figurarum proportionem docet. Consule Pro-
clum in Comment. Euclidis in lib. 1. c. 7. Conrad. Dasypod.
in compend. math. & Adr. Roman. in idea math.

65. **E T H I C A** erit disciplina morum: de quâ Pic-
colomineus. *Est prudentia appetitum hominis, per vir-*

ututes morales componens ad bonum civile in humanâ societate consequendum. Piccolom. in introd. moral. cap. 7. & 8.

66. OECONOMICA est disciplina societatis privata: de quâ Aristoteles. οἰκονομικῆς ἐστὶ καὶ κλήσαθαι οἰκονομικόν, καὶ χεήσαθαι lib. 1. œconom. c. 1.

67. POLITICA est disciplina Societatis publicæ: de qua Bodinus. *Est prudentia per quam major societas ad publicam beatitudinem dirigitur. Ex Politic. Bodini.*

68. MEDICINA erit disciplina curandæ sanitatis: de quâ Duncanus Liddelius. *Medicina est ars experimento & ratione sanitatem in corpore humano conservans & morbum omnem sanabilem removens. lib. 1. art. med. c. 1.*

69. JURISPRUDENTIA erit disciplina juris defendendi: de quâ Justinianus Imperator. *Juris prudentia est divinarum & humanarum rerum notitia, justitiae atq; injusti scientia: lib. 1. instit. tit. 1. § 1.*

70. THEOLOGIA erit disciplina divinæ gratiæ: de qua D. Apostolus: *Ἐπίγνωσις ἀληθείας τῆς κατ' εὐσεβείαν καὶ ἐλπίδι ζωῆς αἰώνιας: agnitio veritatis, quæ est secundum pietatem ad spem vitæ æternæ. Paulus ad Tit. 1. 1. 2.*

71. Theologiæ, quæ dignitate omnes facultates superat, locum postremum adscripsimus, quia ejus usum & fruitionem reliquæ plerumq; absoluto studio. cursu expetunt: eamq; quasi navigatores portum, aut viatores metam desiderant. *Ut ex simili Seneca finiamus; quod repetiit Wesebecius in comm. ff. lib. 1. tit 1. n. 1. & Mornæus c. 18. de verit. relig. & in princ. consid. mort. & vitæ.*

Ἔστι τὸ σοφὸν θεωρεῖν δύνασθαι περὶ πάντων.

Interest sapientis de omnibus speculari posse. Aristoteles 3. Metaph. 2. & lib. de mundo cap. 1.

SCIOGRA-

Coll. diss. A. 28, misc. 27

SCIOGRAPHIA SECTIONIS GENERALIS

Independens Sapiencia DEI.

In hac sectione generali proponuntur discursus nostri methodici

Principiū, quod

Dependens Sapiencia hominis, quæ considerata

In lapsu fuit } Mortua }
Cæca }
Efferata }

Divinitatis radiis exuscitata }
Principiorum luce illustrata }

Defectus } Ignoratio causarum }
Admiratio effectorum }

Post lapsu

Scientia desiderio animata }
Illud v. desiderium impulit humana nature }

Effectus, qui duplex est

Inventio, qua acquiritur

Natura, in qua

Acies ad intuendum }
Capacitas ad comprehendendum }

Doctrina, quæ præceptor continet

Concinnitatem }
Perspicuitatem }
Utilitatem }

Utu.

Disciplina

Organica, quæ sunt vel

Orationis, vel Rationis, unde Logica

Congrua, unde Grammatica }
Ornata } Soluta, unde Rhetorica }
Elegata, unde Poëtica }

Ultriussq; tam rationis quam orationis, unde Historica

Principiatum: ubi partes pro varia disciplinarū consideratione recensentur

Inorganica quæ pertinent ad professiones vel

Rerum cognoscendarum, unde Philosophia, in qua de rebus

Necessariis, quæ ens, contemplatur vel

quatenus ens, unde Metaphysica }
quatenus naturale, unde Physica }
quatenus quantum, unde Mathematica }

Contingentibus, quatenus illa diriguntur ad

actiones: genere, unde Ethica }
casq; vel specie, unde Oeconomica }
in & Politica }
effectiones, unde Artes effectivæ }

Curande sanitatis, unde Medicina }
Defendendi juris, unde Jurisprudentia }
Divine gratiæ, unde Theologia }

SYLLABUS AUTHORUM IN SECTIONE
hac generali citatorum aut
notatorum.

- | | |
|---|--|
| <p>Agellii noctes Atticæ.
 Barthol. Keck. in præcogn. Phil.
 Benedictus Aretius de artibus.
 Clemens Alexandr. libri <i>συναγ.</i>
 Clementis Timpleri Technologia.
 Collegium Conimbric. in quæst. præcem.
 com.
 Conradi Gesneri pandectæ seu partitiones
 universales.
 Felix Accorambonus in opera Arist.
 Fortunatus Crellius in præcem. comm. a.
 croamat. Arist.
 Francisc. Pererius de Philos. in genere.
 Francisc. Piccolom. in introd. ad scient.
 natur. & moral.
 Francisc. Junius in lib. de Academia.
 Francisc. Tolet. in prælim. quæst. log.
 Gregorii Reischii Margareta Philosoph.
 Henricus Bullinger. de ratione studiorum
 & instit. eorum, qui studia literarum
 sequuntur.
 Hieronym. Savanorolæ de divisione ord.
 & utilit. omnium scientiarum.
 Jacobus Acontius Trident. de rectâ inve-
 stigandarum tradendarum scientiarum
 ratione.
 Jodoci Villichii consilium de formando
 studio in quolibet artium & sacrarum
 & prophanarum genere.
 Johannes Heinr. Altred. in princ. artis
 Mnemon.
 Johan. Murrel. de artibus.</p> | <p>Johan. Bilsten. syntagma Philippo Ra-
 meum.
 Johan. Thomæ Freigii Pædagogus.
 Johan. Deuceri tabulæ in partes philoso-
 phicas.
 Jacobi Lorhardi ogdoas scholastica.
 Johan. Baptiste Bernhard. semin. totius
 Philosophiæ Aristotelicæ & Plat.
 Jani Gruteri fax artium liberal.
 Jani Augustini Vogelii Aristoteles reso-
 lutus.
 Isidorus Hispallensis lib. orig.
 Justus Lipsius in manud. ad Philosophi-
 am Stoicam.
 Lud. Vives de tradend. discipl.
 Matthiæ Martinii idea methodica.
 Marci Aurel. Cassiodor. lib. de discipl.
 Nicephori Blemmidæ Compend. philos.
 Petrus Bertius in præcem. Logic.
 Petrus Fonseca in præcem. lib. phys.
 Petr. Gregor. Tolosan. in syntax. art.
 Philippus Mornæus de veritate relig.
 Christ.
 Plutarch. de placit. Philosoph.
 Petrus Ramus de philosophia in genere.
 Petrus Martyr in præcem. com. Ethic.
 Petri Criniti libri de honestâ disciplinâ.
 Rudolphi Goclenii Lexicon & conciliator
 Philosophiæ.
 Theodor. Zuingeri Theatr. historicum.
 Vincentii Belvacensis doctrinale specu-
 lum.</p> |
|---|--|

